

vocabantur, quia hæc exercebant, atque subibant externi, aut qui bello subacti, aut certè mercede conducti. Ita Josephus lib. 8, c. 2: Salomon autem rex reliquias Chananæorum, quæ Libanum usque ad urbem Amathen colebant, et imperium ejus detrectabant, sub imperium ejus redactas tributum pendere coegit, et per singulos annos certum numerum servorum et colonorum, qui per agros distribuèrentur, exegit; Hebræorum enim nemo ad serviles operas adigebatur, neque erat æquum, ut cum tam multas gentes Deus sub eorum imperium redeget, ex his potiùs quam de victis ejusmodi conditionis homines censerentur. Sed omnes arma, et currus, atque equos, et rem militarem tractare malebant. Chananæis verò, quos ad servitutem abduxit, sexcentos præposuit, qui procuratores essent regii, et sua cuique opera atque negotia præscriberent. Quod etiam è sacro textu non obscure colligimus. Nam David, ut habes lib. 1 Par. c. 22, v. 2, quotquot essent in Israele proselyti, ad illud opus congregari jussit. Et Salomon, cum jam adesset templi ædificandi maturitas lib. 2 Par. cap. 2, v. 17: Numeravit omnes viros proselytos, qui erant in terrâ Israel, post dinumerationem, quam dimmeravit David pater ejus; et inventi sunt centum quinquaginta millia, et tria millia sexcenti, fecitque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent, et octoginta millia, quæ lapides in montibus cæderent, tria autem millia et sexcentos præpositos operum populi; et apertis infra, c. 9, v. 22, ubi cum sermo esset de templi fabricâ, dicitur: De filiis autem Israel non constituit Salomon servire quemquam, sed erant viri bellatores, et ministri ejus, et principes, et ducés, et præfecti militum et equorum.

ERATQUE INDICTIO TRIGINTA MILLIA VIRORUM. Ex tot hominum millibus ex genere Israelitico triginta fuerunt millia, ut præessent, opinor, operariis, curarentque ne cessaret aut frigeret opus. Neque omnes simul illi vacabant studio, sed tertia illorum pars, ita ut singulis mensibus una illorum millium decas vacaret operi sibi commutato, et deinde duobus mensibus cessaret ab illo sive opere, sive præfecturâ, et maneret domi, donec post duos menses sua cuique vicissitudo rediret. Ex quo apparet quàm suæ gentis amans fuerit Salomon, qui sic voluit suos in publicis operibus occupare, ut non opprimeret, sic exercebat humaniter, ut non lassaret. An verò in annum unum illa triginta millium virorum esset indictio, id est,

indiceretur eis edicto regio, ut uno anno eâ vicissitudine operi vacarent, aut quamdiù duraret illa operis molitio, incertum est; in utramque sententiam pronus est textus. (1)

VERS. 17. — PRÆCEPIT REX, UT TOLLERENT LAPIDES GRANDES, LAPIDES PRETIOSOS IN FUNDAMENTUM TEMPLI ET QUADRARENT EOS (2). Incipit

(1) VERS. 15. — FUERUNTQUE SALOMONI SEPTUAGINTA MILLIA EORUM QUI ONERA PORTABANT, ET OCTOGINTA MILLIA LATOMORUM IN MONTE, hoc est, lapidarum, qui lapides ex monte sive rupe exciderent. Hi enim non erant Israelitæ, sed proselyti, ut patet 2 Paralip. 2, v. 17 et 18. Proselyti igitur hi erant Gabaonitæ, cæterique Chananæi Hebræis subjecti, et ad judaismum conversi. Proselytorum ergo onera portantium et latomorum in fabricâ templi erant universim 150 millia, Hebræorum verò triginta millia, ut dictum est v. 15, quæ adde 150 millibus, fient 180 millia. His adjice Tyrios et Sidonios, quos Salomon ab Hiram postulârat, ipseque ei submiserat, ut patet v. 6 et 9, ac Ægyptios, quos Pharo socer Salomonis ei destinârat. evadent ducenta millia et ampliùs eorum qui laborârunt in fabricâ templi; imò, si credimus Eupolemo apud Eusebium, lib. 9 de Præpar., evadent trecenta et quadraginta millia; Eupolemus enim asserit Hiram misisse Salomoni octoginta millia Tyrriorum, ac Pharaonem totidem millia Ægyptiorum, qui juncti faciunt 160 millia, quæ si addas 180 millibus à Salomone destinatis, fient 340 millia. Verùm hic numerus videtur nimis et quasi incredibilis. Unde nonnulli opinantur errorem esse in numeris Eupolemi vel Eusebii, ut octoginta millia irreperiant pro octo vel octodecim millibus. Sub latomis, id est, lapideis, intellige lignorum cæsores, sed hic latomi soli numerantur, quia erant plures lapideæ quàm lignicidæ. Sic sub onera portantibus intellige aurigas, nautas, muliones, agasones, etc.

(Corn. à Lap.)
VERS. 16. — NUMERO TRIHU MILLIUM ET TRECENTORUM, PRÆCIPUEMUM POPELO. In laudato Paralipomenon loco recensentur ad ter mille sexcentos; sed eo in numero censebantur etiam trecenti illi majores præfecti, qui curabant ter millenos illos ac trecentos operariorum principes inferioribus aliis sociis suis præfectos. (Calmet.)

(2) Le roi commanda qu'on prit de grandes pierres, des pierres de grand prix, pour bâtir le fondement, etc. L'Écriture n'entend pas par ces pierres de grand prix que l'on destinait aux fondements, ces pierres fines que l'on enchâsse dans des anneaux ou dans les couronnes des rois, mais seulement les plus beaux marbres et porphyres, dont la grandeur prodigieuse en augmentait beaucoup le prix. Et l'on en peut bien juger par celles dont il est parlé dans la suite, qui étaient grandes de huit et de dix coudées. La vérité de cette figure nous est marquée d'une manière encore figurée et spirituelle dans l'Apocalypse, lorsque l'ange montrant en esprit à saint Jean l'Épouse de l'Agneau divin, la sainte Jérusalem qui descend du ciel venant de Dieu, lui fit voir, qu'elle avait douze fondements, où étaient les noms des

jam Salomon ad magni fundamentum operis aptare materiam. Jubet primùm ut magni et ex materiâ firmâ, speciosâ et nobili excidantur lapides, qui in fundamento positi illius augustæ domus pondera sustineant. Lapidès autem pretiosi dicuntur, non quales nos communiter appellamus, quos in annulis aut coronis includimus, sed qui ab artificibus, quique domos habere student splendidas et lautas, magno habentur in pretio, quales sunt Paris lapides, exquisita marmora, et quæ ex nobilibus eruuntur lapidicinis. Sanè idem Salomon domum sibi et Pharaonis filia è lapidibus pretiosis construxisse dicitur infra, c. 7, v. 9, id est, è marmore candoris eximii, ut docet Josephus lib. 15 Ant. c. 14, qui dicit structuram totam ex lapidibus candidis fuisse compactam. Eo autem loco regiam domum ab ipsis etiam fundamentis constare lapidibus

douze apôtres de l'Agneau, et que tous ces fondements étaient ornés de toutes sortes de pierres précieuses. C'étaient véritablement des pierres très-précieuses aux yeux de Dieu, que ceux qui servirent de fondement à l'Eglise de Jésus-Christ, qui est la même que l'Épouse de l'Agneau. Elles étaient grandes par l'étendue prodigieuse de leur charité, et les vertus différentes dont elles étaient ornées, et qui étaient représentées par ces saphirs, ces émeraudes et ces topases dont il est parlé au même lieu dans l'Apocalypse, en relevaient tout-à-fait le prix devant Dieu.

Il est aussi rapporté que les ouvriers de Salomon et ceux d'Hiram, roi de Tyr, taillaient ces pierres, comme pour marquer que les Israélites et les gentils contribueraient également à perfectionner et à tailler ces pierres vivantes et apostoliques par leurs persécutions, et non seulement les principales, qui sont les Apôtres, mais encore tous les martyrs qui ont servi avec les Apôtres comme de fondement à l'Eglise par le sang qu'ils ont répandu pour Jésus-Christ, et qui est devenu, dit un ancien, comme une semence de nouveaux Chrétiens: *Sanguis martyrum, semen Christianorum.* Mais l'Eglise nous apprend encore que les vrais fidèles sont tous du nombre de ces pierres taillées par la main de Dieu, à qui les différentes afflictions qu'ils souffrent avec une humble patience, sont comme autant de coups de marteau qu'il leur donne pour les polir, et les rendre dignes d'avoir place dans le corps de ce grand et admirable édifice qui doit subsister éternellement. *Tusionibus, pressuris expoliti lapides per manus artificis disponuntur, permansuri sacris ædificiis.* Car c'est lui seul, dit saint Ambroise, qui le bâtit, quoiqu'il se serve du ministère de plusieurs. Et nous devons souhaiter qu'il taile en nous ce qu'il y a de superflu et de rude, afin que nous devenions des pierres polies et dignes de son saint temple. *Ad Ecclesiam ædificandam mittuntur plures; sed Christus eam solus ædificat. Cædantur igitur superflua lapidum nostrorum; aspera levigentur.* (Sacy.)

pretiosis, docet historicus sacer. *Omnia, Inquit, de lapidibus pretiosis, etc., à fundamento usque ad summam parietum et extrinsecus usque ad atrium majus. Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis.* Ideò verò de fundamentalibus saxis, eorumque dignitate ac pretio hic speciatim videtur inductus sermo, ut ostendatur neque labori, neque sumptui in hæc templi fabricâ à Salomone parcitum; quæ enim saxa toti substernuntur moli, neque oculis hominum sunt proposita, quia altiùs infossa, rudia esse plerùmque solent et vasta, in quibus non tam spectatur pulchritudo ac pretium, quàm magnitudo et firmitas. At Salomon ad lapidum firmitatem et molem, pretium quoque et venustatem adhibuit. Quanta fuerit lapidum illorum magnitudo non constat, sed conjectura sumitur gravis ex illis lapidibus, quos in structuris aliis Salomon pro fundamento substravit. De quibus 3 Reg. 7, v. 10: *Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decem, sive octo cubitorum.*

VERS. 18. — QUOS DOLAYERUNT CEMENTARIUM SALOMONIS ET CEMENTARIUM HIRAM. Ut lapides illi pretiosi erant, sic etiam quadrati erant, et egregiè dolati; neque enim in eo opere, quod divino serviret cultui, construendo quidquam esse voluit impolium et vastum, etiamsi humanos lateret oculos, quia latere non poterat divinos. Dolati fuerunt à servis Hiram, ab illis quos Salomon ad opus illud mercede conduxit; qui sanè non fuerunt Hebræi, sed ab aliis nationibus asciti. Nam, ut diximus supra, et constat ex c. 9, v. 22, ex filiis noluit Salomon quemquam servilem operam navare, sed aut curare sua, aut illa obire ministeria quæ ingeniosos animos decent.

PORRO GIBLI (1) PRÆPARAVERUNT LIGNA ET LAPIDES AD ÆDIFICANDAM DOMUM. De his Gibliis egimus in nostris commentariis super Ezechielem c. 27, ad illud v. 9: *Senes Giblii, et prudentes ejus habuerunt nautas.* Hi verò sunt de quibus psalm. 82, v. 8: *Gebal, Ammon, et Amalec cum habitantibus Tyrum.* Ex quibus verbis non difficile intelligitur, Giblios, qui orti videntur à Gibal, à Tyriis esse diversos,

(1) Creditur Giblos, vel Gebal, urbs Phœnicæ, ipsa esse Biblos, ad radices Libani, ad septentrionem Sidonis, et ad Mediterraneum. Sub hoc Bibli nomine innotuit paganus, et vini gloriâ et aliis pluribus nominibus celebratur. Apud Ptolomæum et Stephanum sermo est de urbe Gebalâ, ad orientem Tyri, in Phœnicâ, quæ urbs est à Biblio longè diversa. Meminit Glycas lapidum, qui è vertice Libani in ædificiorum usum eruebantur. (Calmet.)

sicut alii populi qui eodem cum illis ordine numerantur: hi autem videntur serrandi, atque quadrandi lapides et dolandi ligna peritiam habuisse, et operam suam aliis locare soliti. Neque alios esse puto cæmentarios, quos

CAPUT VI.

1. Factum est ergo quadringentesimo et octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terrâ Ægypti, in anno quarto, mense zio (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domino.

2. Domus autem quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine et viginti cubitos in latitudine et triginta cubitos in altitudine.

3. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, juxta mensuram latitudinis templi; et habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi.

4. Fecitque in templo fenestras obliquas.

5. Et ædificavit super parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi et oraculi, et fecit latera in circuitu.

6. Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, et mediura tabulatum sex cubitorum latitudinis, et tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, ut non hærent muris templi.

7. Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est; et malleus, et securis, et omne ferra-

proximè diximus cum cæmentariis Hiram ad construendam domum præparasse materiam; qui Salomonis dicuntur cæmentarii, quia illos Salomon propositâ mercede ex alienâ regione ad templi fabricam evocavit.

CHAPITRE VI.

1. On commença donc à bâtir une maison au Seigneur, quatre cent quatre-vingts ans après la sortie des enfants d'Israël hors de l'Égypte, la quatrième année du règne de Salomon sur Israël, au mois de zio, qui est le second mois.

2. La maison que le roi Salomon bâtissait à la gloire du Seigneur avait soixante coudées de long, de l'orient à l'occident, vingt coudées de large du midi au septentrion, et trente coudées de haut. (La coudée avait environ vingt pouces.)

3. Il y avait un vestibule devant le temple, de vingt coudées de long, du septentrion au midi, autant que le temple avait de largeur; et il avait dix coudées de large, de l'orient à l'occident; et ce vestibule était devant la face du temple, et avait la même hauteur.

4. Et il fit au temple des fenêtres obliques, plus larges en dedans qu'en dehors, et fermées avec des treillis.

5. Les fenêtres étaient de quinze coudées au-dessus du rez-de-chaussée, afin qu'elles donnassent du jour au temple par-dessus les bâtiments qui étaient autour; car il bâtit des chambres à trois étages appuyées sur les murailles du temple, autour de l'enceinte du temple et de l'oracle. Et il fit de ces chambres comme des bas-côtés, qui régnaient tout autour de la maison du Seigneur.

6. L'étage d'en bas de ces chambres avait cinq coudées de large; celui du milieu, gagnant une coudée par la retraite prise en dehors sur l'épaisseur de la muraille du temple, avait six coudées de large; et le troisième, gagnant encore une coudée par une semblable retraite, en avait sept. Il mit, pour porter les planchers de ces chambres, des poutres dont le bout était posé sur ces retraites qui régnaient autour de la maison du Seigneur par le dehors, afin que ces poutres ne fussent point attachées aux murailles du temple, et qu'on ne fût point obligé d'en entailler les pierres pour y faire entrer ces poutres;

7. Car lorsque la maison du Seigneur se bâtissait, elle le fut de pierres qui étaient déjà toutes taillées et achevées (polies), en sorte qu'on n'entendit dans la maison ni marteau ni

mentum non sunt audita in domo cum ædificaretur.

8. Ostium lateris medii in parte erat domus dextræ; et per cochleam ascendebant in medium cœnaculum, et à medio in tertium.

9. Et ædificavit domum, et consummavit eam; texit quoque domum laquearibus cedrinis.

10. Et ædificavit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis, et operuit domum lignis cedrinis.

11. Et factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens:

12. Domus hæc quam ædificas, si ambulaveris in præceptis meis, et judicia mea feceris, et custodieris omnia mandata mea, gradens per ea, firmabo sermonem meum tibi quem locutus sum ad David patrem tuum.

13. Et habitabo in medio filiorum Israel, et non derelinquam populum meum Israel.

14. Igitur ædificavit Salomon domum, et consummavit eam;

15. Et ædificavit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis; à pavimento domus usque ad summitatem parietum et usque ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinsecus; et texit pavimentum domus tabulis abiegnis.

16. Ædificavitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina, à pavimento usque ad superiora; et fecit interiorem domum oraculi in Sanctum sanctorum.

17. Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi.

18. Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas et juncturas suas fabrefactas, et cælaturas eminentes; omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete.

19. Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini:

cognée, ni le bruit d'aucun instrument, pendant qu'elle se construisoit.

8. Il y avait une porte à chacun des bas-côtés; la porte du as-côté droit était au côté droit de la maison du Seigneur, et celle du bas-côté gauche était à gauche; chacune au milieu du bas-côté; et l'on montait par un escalier, qui allait en tournant, du rez-de-chaussée dans la chambre de l'étage du milieu, et de celle de l'étage du milieu dans la chambre du troisième étage.

9. Il bâtit ainsi, et acheva la maison du Seigneur, et la revêtit de lambris de cèdre.

10. Et il fit un plancher au-dessus de tout l'édifice, en forme de voûte, de cinq coudées de haut, depuis le commencement de cette voûte jusqu'au milieu; et il couvrit cette maison de bois de cèdre, laissant encore cinq coudées de vide entre ce plafond cintré et la couverture.

11. Alors le Seigneur parla à Salomon, et lui dit:

12. Pour cette maison que vous bâtissez, si vous marchez dans mes préceptes, si vous exécutez mes ordonnances et que vous gardiez tous mes commandements, sans vous en détourner d'un pas, je vérifierai en votre personne la parole que j'ai dite à David, votre père:

13. J'habiterai au milieu des enfants d'Israël, et je n'abandonnerai point mon peuple d'Israël.

14. Salomon bâtit donc la maison du Seigneur, et l'acheva.

15. Il lambrissa d'ais de cèdre le dedans des murailles du temple, depuis le pavé du temple jusqu'au haut des murailles et jusqu'au plancher d'en haut; il le couvrit en dedans de lambris de cèdre; et il plancheia tout le temple de bois de sapin.

16. Il fit aussi une séparation d'ais de cèdre, qui renfermait un espace de vingt coudées, depuis cette séparation jusqu'au fond du temple; il éleva cette cloison depuis le plancher jusqu'au haut; et il fit en cet espace le lieu intérieur de l'oracle, qui est le Saint des saints.

17. Le temple, depuis le vestibule jusqu'à l'entrée de l'oracle, avait quarante coudées, et l'oracle en avait vingt.

18. Et tout le temple était en dedans lambrissé de cèdre; et les jointures du bois étaient faites avec un grand art, et ornées de sculptures et de moulures. Tout était revêtu de lambris de cèdre, et il ne paraissait point de pierres dans la muraille.

19. Il fit l'oracle au milieu du temple dans